

DE PROBLEMATE CRITICO SECUNDUM DOCTRINAM IACOBI BALMES

Orationem in sollemni huius Collegii Maximi studiorum exordio a me prolata per has quoque ephemerides palam facere haud inutile fore iudicavimus quo latius et facilius philophiae christianae saeculo elapso apud nos instauratoris sensa quam notissima redderentur.

Quare, castigatis erroribus typographicis qui nimirum irrepserant, operam diligenter contulimus illi lucubrationi perpoliendae aliisque augendae balmesianis locis, vel maxime uberiore dilucidatione et declaratione idearum quae illic perpaucis et obiter absoluta solummodo reperiuntur.

Iam, positis quae animadvertenda censui, ad ipsam orationem gradum transgrediamur.

Cum propter rei gravitatem, A. O., tum maxime quod praesenti anno omnium Iacobi Balmes operum accuratissima editio in lucem prodierit (1): mihi opportunum ac vobis non iniucundum fore visum est, si in hac sollemni studiorum instauratione, ad mentem tam praestantis ingenii viri de problemate critico *fundamentali*, quod vocatur, nonnihil dissererem; quo et hunc faustum eventum celebraremus, et philosophum nostratem maximi nos facere, ut aequum est, ostenderemus.

Quaestio de valore cognitionis humanae apud sophistas graecos, qui semina scepticismi in anterioribus philosophis latentia evolvebant, primum mota, periodo vero classica scepticismi iam fere plene evoluta semperque ex sensu communi realistische enodata, opera primum et ingenio hellenorum gentis praestantissimo, aevo deinde christiano philosophorum praesertim scholasticorum mente robusta; recentioribus nostris temporibus in problematum omnium philosophiae gravissimum cessit. Immo, nova de hac re disciplina philoso-

(1) *Obras completas del Dr. D. Jaime Balmes, Pbro. Primera edición crítica, ordenada y anotada por el P. IGNACIO CASANOVAS, S. I. Barcelona, 1925-1926, 32 vol. Hanc editionem semper citabimus.*

phica orta est, cuius nomen a titulo celeberrimi operis Emmanuelis Kant originem petivit.

Sed pro dolor! Infelicissimus sane terminus ille fuit ad quem tandem pervenit criticista Regiomontanus (Köenisberg) per suam inquisitionem: dubium videlicet de valore obiectivo cognitionis nostrae, ita ut rerum sensibilibium solum *phaenomena*, i. e. apparentias seu modos quibus res nos afficiunt, non vero res ipsas prout in se sunt, supersensibilium autem nihil penitus cognoscamus.

Dolendum vero maxime quod huiusmodi agnosticismus speculativus "Criticae rationis purae", simul cum dogmatismo morali "Criticae rationis practicae", ingentem illam "philosophicam eversionem" a suo auctore intentam vere perfecit, ita ut toti saeculo XIX notam indiderit. Et re quidem vera ex illis duabus famosis Criticis promanat veluti e venenato fonte omnis recens philosophia, etiam *vitalistica*, quae vocatur atque antiintellectualistica seu neo-romantica. Immo ultimis decenniis philosophi non scholastici viam huius criticismi falsi adeo sunt ingressi ut nomine philosophiae critica cognitionis eiusdemque psychologia fere unice intelligatur (2). Quare nemini mirum videatur si aetas nostra quae criticis disquisitionibus fere tota continetur, simul etiam agnosticismi peste infecta prorsus inveniatur. Quod si de problemate critico innumeras quae in dies elucubrationes eduntur oculis perlustraveris multorum mentes, vel etiam catholicorum, tenebris misere obvolvi non raro comperies (3). Curus mali origo et radix inde nobis repetenda videtur, quod vestigia kantiana premendo a via philosophiae perennis magis quotidie aberratur; a via, inquam, *sensus communis*, tam praeclare per nostrum Balmes honestata, ut axiomatis instar hoc principium statuerit a quo in philosophando numquam deflexerit, nimirum: *la filosofía y el buen sentido forman una especie de alianza y se comprometen a no hostilizarse jamás*. Et alibi: *la sobriedad es tan necesaria al espíritu para sus adelantos como al cuerpo para la salud, no hay sabiduría sin prudencia, no hay filosofía sin cordura* (4).

Quod si philosophus noster occasione secundi centenarii ab ortu Kantii, nuper celebrati (1924), tanquam primus inter philosophi germani impugnatores a viro protestantico, in universitate Monasterii (Münster) professore,

(2) FRIDERICUS KLIMKE, S. I. *Institutiones Historiae Philosophiae*, vol. II, p. 35 (1923). En iudicium quod de nostro philosopho in hoc egregio opere emittitur: "Balmes admittit systema philosophiae scholasticae, cuius fundamentales doctrinas cum eximia claritate et in forma originali exponit et contra diversa systemata moderna, praesertim *scepticismi, subjectivismi et rationalismi* acute et profunde defendit..." (p. 292).

(3) "Él (Kant), ait Balmes, *es quien ha hecho una revolución filosófica que algunos incautos han tenido por un progreso, no viendo sin duda el fondo de escepticismo que en ella se encierra y que es tanto más peligroso, cuanto más se envuelve con formas analíticas*" (op. c. vol. XVIII, l. 2, n. 67).

(4) Op. c. vol. XVI, *Filosofía fundamental*, nn. 13 et 337. Con la *Suma Teológica*, ella (la *Filosofía fundamental*) es mi libro scribebat Fr. Matthia García, O. P. *Actas del Centenario de Balmes*, t. II, p. 205. Vich, 1910.

agnitus est, id sine dubio huic optima qua excellat philosophia balmesiana, qualitati tribuendum (5).

Putamus igitur non parum utilitatis allatum iri ad resistendum moder-nae pseudophilosophiae si dictamina huiusmodi sensus communis, quae a Philosophi temporibus ad haec usque tempora omnium fere philosophorum mentes feliciter informaverant, in memoriam iterum revocarentur, praesertim cum de problemate critico solvendo disceptatur.

Nihilominus ad quaestionem certitudinis quod attinet omnes scitis, O. A., philosophiam balmesianam a nonnullis inculpari quod naevis haud parvi momenti obscuretur; videlicet: quod Balmes fuerit auctor dogmatismi exaggerati problema criticum reicientis, et quod fideismo atque scepticismo viam latam aperuerit (6). Utramque hanc accusationem dissipare, alteram praesertim utpote gravissimam consilium nostrum est, agentes de solutione problematis critici eiusque valore iuxta sensum communem. Qua ratione non modo Balmes vindicabitur; verum etiam solidissima solutio sensus communis, quin etiam ea unice possibilis esse ostendetur.

Quo vero melius positio nostri philosophi hac super re definiatur declarandum in primis nobis est quid nomine problematis critici fundamentalis intelligant philosophi recentiores quidque de illo sentiant.

I. — DE SOLUTIONE SENSUS COMMUNIS

I. QUID PROBLEMA CRITICUM FUNDAMENTALE

Emm. Card. Mercier qui inter recentes criteriologos princeps habetur, problema ita ponit: "dum intellectus meus alicui obiecto firmiter adhaeret, possum esse securus quale sit me illud cognoscere? Brevius: "*summe capax videndi me cognoscere veritatem?*" (7). Cum autem iudicium cui insit certitudo constituatur per synthesim inter subiectum et praedicatum, quaeritur utrum haec synthesis fiat sub influxu motivi a iudicante distincti et independentis, an e contra erumpat modo caeco ex eius subconscientia, seu ex forma quadam subiecto a priori insita. Aliis verbis: estne omnis adhaesio mentis effectus cuiusdam dispositionis mere subiectivae, an e contra sunt adhaesiones generatae per obiectivam manifestationem relationis quae iudicio exprimitur? Quoniam vero iudicia duplicis ordinis sint, idealis videlicet et realis,

(5) *Estudios Eclesiásticos*, t. III (1924), p. 348. Cfr. etiam op. c. *Actas del Centenario*, lucubrationem optimam P. Segarra, S. J. *Balmes y Kant*, pp. 181-182.

(6) Cfr. BONNET, S. I. *Critica*, p. 30. Wetteren (Belgium), 1924; MERCIER, *Critériologie Générale*, nn. 44-49. Louvain, 1923; P. CUEVAS, S. I. infra citandus, et JEANNIÈRE, *Critériologia*, pp. 93, 208, 296.

(7) Op. c. n. 9.

problema criticum duplex etiam est seu potius in duas veluti partes dispescitur. Prima pars, quae vocari potest *problema primum fundamentale*, sic se habet: an unio praedicati et subiecti facta per iudicium subiciatur necne manifestationi identitatis obiectivae subiecti et praedicati et debeatur huiusmodi manifestationi? Versatur igitur primum problema generale circa obiectivitatem iudiciorum ordinis idealis. *Secundum autem problema* praesupponit obiectivitatem illius relationis quae iudicio exprimitur et versatur circa valorem terminorum seu extremorum eiusdem relationis (8); ac proinde tandem aliquando integrum problema prout a Card. Mercier statuitur formula hac generali continetur: *intellectus meus estne capax assequendi verum?*

Recentissime clarissimus P. Picard, S. I. de problemate critico erudite et profunde agens, fere sicut Card. Mercier ita illud exposuit: "*ponere problema criticum fundamentale*, ait, *idem est atque ponere hanc ultimam quaestionem radicalem: "sumne aptus ad aliquid quodcumque illud sit cum certitudine cognoscendum?"*" Tamen, ipse putat, multos etiam eorum qui problema se magni facere existimant, illud inconsulto e medio tollere. Quos inter vel ipsum Scholae Lovaniensis conditorem adnumerare non dubitat (9).

Idcirco, si ei credideris, et huic illustri Scholae, et propugnatoribus theoriae trium veritatum, de recta mentis applicatione, non autem de valore rationis, quaestio tantum exordiri potest.

Alii denique problema aperte reiciunt sive ut impossibile (10), aut inutile, sive quia adeo nocivum illud reputant ut eo ipso quod de motivis ac fundamentis certitudinis quaestio instituat, eiusdem existentiam periclitari non dubitent (11).

In omnibus istis assertionibus quid veri falsive contineatur, clare apparebit, si haec duo accurate distinguamus, nempe: *positionem* problematis et *rationem* illud ponendi. Quoad primum, ni fallimur, omnes convenire debent atque dissensio solum quoad secundum est possibilis; nisi quaestio fiat de ipsa notione problematis ac proinde mere de voce. Problema enim, prout ab Aristotele definitur, "est propositio per quam interrogatur de utraque parte contradictionis"; sic "ex omni propositione, inquit, problema facies si modum commutaveris". Vel alio pacto: "problema est quod potest proponi ad querendum" (12). Si igitur propositio qua intellectus humani aptitudo ad verum

(8) Op. c. n. 25.

(9) *Le Problème critique fondamental*, pp. 1, 19, 20 et 27, nota "*c'est là, dirons nous, traiter le problème comme résolu; ce n'est même pas le poser*" (Beauchesne, Paris, 1923). Quamvis dissentiamus ab auctore tamen laudandum est hoc opusculum multis de causis. Et in primis quod examen quaestionis criticae fundamentalis profunde fecerit. Deinde, quod animadversiones in solutionem Scholae Lovaniensis opportunissimae, ut nobis videtur, atque verissimae sint. Solutionem propositam a P. Picard suam facit ac defendit P. Descoqs, S. I., in opere *Institutiones Metaphysicae generalis*, t. I, pp. 37-39 (Beauchesne, Paris, 1925).

(10) Apud P. GENY, S. I. *Critica*, p. V, Paris, 1914.

(11) Apud PALMIERI, S. I. *Institutiones Philosophiae*, p. IX.

(12) *Top.* I, cap. 3, 9.

exprimitur, fit hoc pacto interrogativa: *estne intellectus humanus ad verum assequendum aptus?*, habetur problema criticum fundamentale. Age vero puerile atque ridiculum prorsus foret problema hoc pacto intellectum recusare. Nullum enim erroris periculum ex eius positione timeri potest neque ex consideratione argumentorum pro utraque contradictionis parte, si forte adsunt. Error enim non habetur donec quaestioni propositae affirmative aut negative respondeatur. "Falsum solum est, ait Angelicus, cum dicitur non esse quod est aut esse quod non est" (13).

Periculum tamen et quidem grave esse potest, si problema alio sensu intelligatur; si eo videlicet *quaestio dubia* significetur, quod saepe accidit in sermone familiari, ut cum dicimus; "haec res est valde *problematica*, i.e. dubia". Tunc vero non de positione problematis, sed de statu mentis initiali circa illud, seu potius de *ratione* illud ponendi quaestio feret.

2. DE STATU INITIALI MENTIS

Cum de statu mentis in problemate ponendo agitur, inter diversas scholas vel philophos, discrimen profecto ingens est. Nam dum alii omne dubium serium, sive scepticum sive criticum reiciunt, alii e contra *vere* dubiam habere volunt propositionem interrogativam qua problema ponitur, scepticismum universale eo ipso statuentes vel certe logice inducentes (14).

Inter auctores vero dubium serium reicientes, apparenter magna etiam dissensio esse videtur cum de dubitatione *methodica*, quae vocatur, sermo apud illos est; re tamen bene perpensa, iterum quaestionem nonnisi de voce moveri compertum habetur, siquidem propugnatores dubitationis huiusmodi nihil aliud ipsa significare volunt, quam inquisitionem criticam in fundamenta et motiva propositionis, quibus mentis aptitudo ad verum innititur ac certo affirmatur, ut de eiusdem legitimitate rationem reddere valeant. Hanc autem positionem ab omnibus, dubium methodicum etiam reicientibus, probari, tractatus manuales de veritate et certitudine percurrenti, fiet prorsus manifestum. Audiamus hac super re nostrum Balmes. *¿En qué consiste esta duda? Racionalmente hablando, ¿puede ser una duda real y verdadera? No; esto es imposible. El hombre, por ser filósofo, no alcanza a destruir su naturaleza, y la naturaleza se opone invenciblemente a esta duda, tomada en el sentido riguroso... Los filósofos se hacen la ilusión de que comienzan por la duda; nada más falso; por lo mismo que dudan, afirman, cuando no otra cosa, su*

(13) *In Met.* IV, lect. 8.

(14) Scepticismus, utpote desperans de veritate unquam assequenda, statuit definitive dubitandum esse; criticismus autem, solummodo provisorie et methodice, donec veritas pateat.

propia duda; por lo mismo que raciocinan, afirman el enlace de las ideas, es decir: de todo el mundo lógico. ¿Qué es pues esta duda? Nada más que una suposición, una ficción... que en realidad no es más que la no atención a un convencimiento que abrigamos (15). Hanc autem suppositionem in Critica omnes facere tum ad reiciendum scepticismum ad absurdum, tum ad directam comprobendam mentis aptitudinem ad verum, evidens est. "Ponamus, inquit, nos nihil pro certo habere... in hac suppositione omnia ruerent, vita humana impossibilis esset, nec cogitare possemus", etc., etc. Praeterea ita omnes sese gerunt in valore rationis comprobando, quasi eis dubius esset, cum hoc fere utantur ratiocinio "elicio iudicia vera, ergo facultate polleo verum essequendi."

Duo ergo ex dictis patent, nempe: et problema criticum sensu explicato ab omnibus poni, et, amandatis de voce quaestionibus, eundem revera esse, apud philosophos dubium serium recusantes, statum mentis in limine philosophiae (16). Quod si *criticista* ut problema non existimaverit propositionem interrogativam, quae verum dubium non contineat, problema criticum fundamentale impossibile prorsus erit. Siquidem physice repugnat de omnibus vel de evidentissimis principiis dubitare, de quibus, ut ait S. Thom., "verissima esse constat in tantum ut nec falsa esse possibile sit cogitare" et "necesse est videri quod sint per se vera. Nullus enim potest per se opinari contraria eorum" (17). Et quamvis locus serio dubio relinqueretur, illicitum, ut quisque fatebitur, esset; immo et ineptum ad finem propter quem adhiberi intenditur. Siquidem eo ipso, ut dicebamus, scepticismus universalis induceretur.

Dixerit quispiam: "in hac positione problema fundamentale iam solvi ex hoc ipso quod ponitur". Fateor ita esse dummodo ab illo ponatur qui propriae interrogationis sensum percipiat (18). Hac de causa recte illud fertur: "*difficilius saepe esse problema apte poni quam solvi.*"

(15) Op. c. nn. 8, 172, 173, "*es probable que el ilustre filósofo la entendía (la duda universal) en el mismo sentido (de una mera suposición o ficción); si bien es menester confesar que sus palabras son ambiguas*". Cfr. GENY, op. c. n. 120; P. DONAT, S. I. *Critica*, 4, n. 55 (Oeniponte, 1924); MERCER, op. c. n. 34, et RIBÓ, *Criteriologia Scholastica*, p. 59. Barcinone, 1911. Nos etiam existimamus dubium universale, prout a Cartesio positum, serium et reale intelligendum esse.

(16) Hunc mentis statum dubium sive methodicum sive fictum vocare nobis non placet; siquidem simulacrum dubii tantum est. Ipse P. GENY dubitationem methodicam statuens in postrema tamen editione nobis fere asseritur. Dicit enim: "dubitatio ficta, cum agitur de principiis per se notis, restringitur ad brevissimam reflexionem qua animadvertitur immediata principii evidentia; propterea a pluribus negatur habere rationem *dubitatio-nis*" (*Critica*, p. 104, nota 1927).

(17) *Post. Ancl.*, lect. 19.

(18) P. BOYER, S. I. *De problematis critici positione et solutione*, n. 10. *Acta Congressus themistici*. Romae, 1925.

3. POSITIO BALMESII

His praelibatis qua ratione, quoque mentis statu clarissimus noster Balmes problema aggrediatur videamus. Mentem suam in tribus primis capitibus "Philosophiae fundamentalis" hac super re clare aperit.

Postquam primo capite momentum problematis exaggeravit: *hay aquí serias dificultades... se divide un objeto de alta importancia... ocupa la razón de las inteligencias más privilegiadas... en la cuestión de la certeza están encerradas en algún modo todas las cuestiones filosóficas...* in altero, ita illud proponit. *¿Estamos ciertos de algo?* En problema criticum fundamentale. *A esta pregunta responde afirmativamente el sentido común.* En solutio balmesiana. *¿En qué se funda la certeza? ¿cómo la adquirimos? éstas son dos preguntas difíciles de resolver en el tribunal de la filosofía.* Et continuo pergit statum quaestionis accuratissime definire: *Para fijar bien las ideas conviene distinguir con mucho cuidado la existencia de la certeza, los fundamentos en que estriba y el modo con que la adquirimos. Su existencia es un hecho indisputable, sus fundamentos son objeto de cuestiones filosóficas, el modo de adquirirla es en muchos casos un fenómeno oculto que no está sujeto a la observación.* Et inferius: *la filosofía debe comenzar no por disputar sobre el hecho de la certeza, sino por la explicación del mismo. No estando ciertos de algo, nos es absolutamente imposible dar un solo paso en ninguna ciencia* (19). ac proinde etiam in ipsa Criteriología.

Ponit ergo Balmes problema criticum fundamentale eo modo quo unice, ut inuimus, admitti potest, amoto videlicet omni dubio. "Philosophia, inquit, a facti legitimae certitudinis explicatione, minime vero a dubia disputatione exordiat necesse est; cui Aristoteles iisdem fere verbis praelusit: "quae vocantur, inquit, in disputationem debent esse *dubitabilia* in utramque partem ac debent posse probari" (20). Atqui valor rationis nec dubitabilis, ut videbimus, est nec probari potest. Ergo ad mentem Philosophi nequit iste proprie in disputationem vocari. Locus igitur est solum reflexioni, minime vero dubitationi initio philosophiae (21).

(19) Op. c. nn. I, 2, 5, 17, 7.

(20) *Top.* cap. 9.

(21) Idem sentit S. Thomas, ut persuasum nobis est. Etenim in locis a propugnatoribus dubii universalis passim adductis, minime assertit Angelicum primum philosophum dubitare oportere de veritate primorum principiorum, ut illa declaret atque defendat; sed solum ut consideret dubitationes aliorum, seu... "rationes, ait, adversariorum quasi dubitantium" (*Met.* lib. III, c. I. Edit. CATHALA, nn. 342, 344, 594).

4. THEORIA TRIUM VERITATUM PRIMITIVARUM

Quo melius positio critica Balmes declaretur, theoriam trium veritatum cuius auctor ipse habetur, ante oculos ponere iuvabit. En ipsius verba quibus eam brevi complectitur: *no hay filosofia sin filósofo; no hay razón sin ser racional; la existencia del yo es pues una suposición necesaria. No hay razón posible cuando la contradicción del ser y del no ser no es imposible; toda razón pues supone verdadero el principio de contradicción. Cuando se examina la razón, la razón es quien examina; la razón ha menester reglas, luz; todo examen pues supone esta luz, la evidencia y legitimidad de su criterio. Un hecho, una verdad, un criterio* (22); *quae factum primum, principium primum, conditio prima* atque etiam *veritates primitivae*, omnibus consentientibus, sunt nuncupatae. Tria veluti postulata quae, nullius momenti mutationibus inductis, Tongiorgi, Palmieri et neoscholastici communiter Balmesio accepta referre debent. "Sane, et aequum est et necessarium, inquit P. Tongiorgi, haec Balmesii fere ad litteram vertens, ut ante philosophiam philosophi existentia, ante demonstrationes demonstrationum omnium principium, et ante scientiam scientiae possibilitas in tuto sit posita... Quod autem veritates istae a philosopho admitti absque demonstratione et possint et debeant, ex eo manifestum est, quod primo: nulla egeant demonstratione; secundo: omnem demonstrationem refugiunt; tertio: ipsa negatione vel dubitatione affirmantur" (23).

Veritas primitiva quae *conditio prima* vocatur, idem valet, iuxta Balmes, ac evidentia et legitimitas criterii evidentiae. Nunc autem principium evidentiae: *quod evidens est verum est*, ut omnino verum et prorsus indemonstrabile supponi debet: *porque toda demostración estriba en principios evidentes y consiste en deducir de los mismos una consecuencia evidentemente enlazada con ellos; lo que no puede tener lugar si no se presupone la legitimidad de la evidencia, es decir, lo mismo que es objeto de la demostración. Al comenzar el raciocinio se podría preguntar desde luego: ¿cómo es conocido el principio en que se le quiere fundar? ¿Cómo se sabe que sea verdadero? Recuérdese que se trata de probar que lo evidente es verdadero y por tanto hay una petición de principio. La verdad de las leyes lógicas a que debe conformarse todo raciocinio es conocida sólo por evidencia; luego si no se supone que lo evidente es verdadero, no se puede raciocinar siquiera* (24).

Haec tamen omnia, nihil omnino ad problema fundamentale facere lau-

(22) Op. c. nn. 340, 68.

(23) *Institutiones Philos.* vol. I, nn. 425, 426 (Edit. 3.^a, 1864).

(24) Op. c. n. 223.

datum auctor, P. Picard, manifestum esse existimat. "Si enim ad solvendum, ait, problema criticum, evidentiam quarumdam propositionum notare sufficeret, problema proprie non existeret... Ideo enim problema est *reale* quia ponitur praecise respectu *ipsius evidentiae*, cum alia sit vere efficax et sufficiens contra omnia tentamina dubii, alia non ita; at in illa trium veritatum evidentia, nihil aliud apparet quam comprobatio cuiusdam necessitatis subiectivae quae aditum omnino dubio non praecludit. Sed quaenam est tandem aliquando *lux obiectiva*, qua principium evidentiae verum esse videamus? (25).

Quomodo huic difficultati Balmes iam optime occurrerit videte: *preguntar la razón de la legitimidad del criterio de la evidencia, pedir el porqué de esta proposición, "lo evidente es verdadero", es suscitar la cuestión de la objetividad de las ideas... Cui quaestioni inferius ita respondet: el instinto intelectual nos hace creer verdadero lo evidente; por él objetivamos y convertimos el "me parece" de la conciencia en un "así es" (26). El sentido íntimo no nos permite dudar de que ciertas cosas nos parecen de tal manera; pero ¿son en realidad lo que nos parecen? ¿Cómo nos consta esto? Esa conformidad de la idea con el objeto ¿cómo se nos asegura? "Lo que veo evidentemente en la idea de una cosa es como yo lo veo" han dicho los filósofos y con ellos está la humanidad entera. Nadie duda de que aquello que se le ofrece como verdadero evidentemente. Pero ¿cómo se prueba que la evidencia sea un criterio legítimo de verdad? "Dios es veraz, dice Descartes; Él no ha podido engañarnos; no ha podido complacerse en hacernos víctimas de ilusiones perpétuas." Todo esto es verdad, pero ¿cómo sabemos, dirá el escéptico, que Dios es veraz y aún que existe?... Cavílese cuanto se quiera, nunca saldremos de este círculo; siempre volveremos al mismo punto. El espíritu no puede pensar fuera de sí mismo; lo que conoce lo conoce por medio de sus ideas; si éstas le engañan, carece de medios para rectificarse. Toda rectificación, toda prueba, debería emplear ideas, que a su vez necesitarían de nueva prueba y rectificación. Et alio loco ad illud quod caput est propius accedens quid difficultatis res haberet iisdem fere verbis atque impugnator clare ostendit: ¿por qué debes fiarte de la evidencia? No puede responderse otra cosa sino que lo evidente es verdadero. ¿En qué funda esta proposición? Se conforma a la misma sin haber pensado nunca en ella; pero si el espíritu se empeña en reflexionar, encuentra tres motivos para asentir a la misma. Primero: un irresistible instinto de la naturaleza. Segundo: el ver que no admitiendo la legitimidad del criterio de la evidencia, se huaden todos sus conocimientos y le es imposible pensar. Tercero: el notar que admitiendo este criterio, todo se pone en orden en la inteligencia, que en vez de un caos halla un universo ideal con trabazón*

(25) Op. c. p. 17.

(26) Op. c. nn. 245, 246, 232.

admirable y se siente con los medios necesarios para raciocinar (27). Nonne hoc pacto etiam Balmes reflexe iustificat sicut alii criteriologi criterium evidentiae?

5. BALMESII VINDICATIO

Nihilominus postrema haec verba de principio evidentiae, verum scilicet illud a nobis haberi, per instinctum intellectualem, sine dubio praeiudicium initio indicatum contra criticam balmesianam in mentem vestram revocarunt. Cum his verbis praesertim innitatur gravissima illa fideismi imputatio. "Balmes, inquit, facultatibus cognoscitivis caece nos fidere tenet. ut Schola Reidiana" (28). Quam vero sine fundamento sit huiusmodi accusatio evidenter apparebit si eius clarissima verba hac super re audiamus eaque bene perpendamus. *La certeza, inquit, que preexiste a todo examen no es ciega; antes por el contrario, o nace de la claridad de la visión intelectual, o de un instinto conforme a la razón, no es contra la razón, es su base. Cuando discurremos, nuestro espíritu conoce la verdad por el enlace de las proposiciones, como si dijéramos por la luz que refleja de unas verdades a otras. En la certeza primitiva, la visión es por luz directa, no necesita de reflexión. Al consignar pues la existencia de la certeza no hablamos de un hecho ciego, no queremos extinguir la luz en su mismo origen; antes decimos que allí la luz es más brillante que en sus raudales...* (29). Ergo cum asserimus principium evidentiae esse certo verum, clarissime illud ita esse videmus. Ergo iuxta Balmes, adhaesiones spontaneae seu primitivae luce intellectuali et quidem vivissima, quae visioni aequiparatur, determinantur; "quemadmodum, ut dicit S. Thom., illa *videri* dicuntur quae per seipsa movent intellectum nostrum vel sensum ad sui cognitionem". Inde ex hoc ipso quod intellectus cogitat, "*videt* suam naturam talem esse ut rebus conformetur" ut profundissime asserit ipse Angelicus, loco ab auctoribus saepius adducto, quo tota eius Epistemologia compendiose continetur (30).

Certitudo igitur quae praeexistit omni examini, certitudo scilicet spontanea seu naturalis. quaeque veluti conditio est, sine qua non, omnis intellectualis exercitii, non est caeca sed e contra visione intellectuali aut instinctu conformi cum ratione determinatur. Iam vero non est conforme cum ratione seu cum

(27) Op. c. nn. 247, 248, 251, 224.

(28) "A la question de confiance, ait ipse P. Picard, *que nous pose notre esprit, les portisans de cette première attitude (inter quos Balmesium enumerat) répondent en lui accordant, quelque peu a l'aveugle, une confiance absolue. Il leur faut pour cela une certaine dose de bonne volonté...*" (op. c. p. 14).

(29) Op. c. n. 14.

(30) *Summ. Theol.* 2. 2. q. 1, a. 4., *De Verit.* q. 1, a. 9 et q. 14, a. 9.

natura rationali sed omnino ei repugnans ut homo aliquid tamquam certo verum admittat quod mens non videat clare ita esse. Instinctus igitur intellectualis quo saepe, iuxta Balmes, determinantur nostri assensus certi, quique lux est et quidem *fulgentissima*, constituitur tandem *visione seu perspicientia intellectuali rei*; secus enim fides caeca haberetur apertissime contraria et menti balmesiana, et verbis ipsis quibus exprimitur (31).

Sed dices cum P. Cuevas, qui primus criticae balmesianae est obversatus: "si res ita sese haberet, cur ita Balmes: *nos non videmus principium evidētiaē esse verum?*" (32).

Huic difficultati respondendum in primis est: nusquam Balmes quae obiiciuntur dixisse. En ipsius verba: "*Comienzo por asentur una proposición que parecerá la más extraña paradoja; pero que está muy lejos de serlo: "El principio de la evidencia no es evidente"*. Minime vero dicit: *nos non videre principium evidētiaē esse verum* (33). Nunc autem in terminologia balmesiana non omnis visio intellectualis qua extorquentur certitudines nostrae, evidētia vocatur prout ab eo definitur. Proinde iuxta rationem loquendi a Balmes inductam locus non datur huiusmodi argumentationi: "principium evidētiaē non est evidens ergo non videmus illud esse verum".

Deinde adhuc rationem loquendi scholasticorum retinentes ad mentem ipsius Balmes evidens principium evidētiaē vocare possemus. Nam ex dictis et ex aliorum textuum collatione (34) clare apparet mentem balmesianam nos

(31) Idem dicit cum synthetice suam sententiam proponit: *la razón ha menester reglas, luz; todo examen pues supone esta luz, la evidencia y la legitimidad de su criterio* (n. 349). Cum agatur de re gravissima, ut omnis removeatur dubitatio de mente tam praecleari philosophi, aliis textibus praedicta placet confirmare "*Los que admiten, inquit, el valor subjetivo de las ideas dudando de su objetividad o negándola pierden de vista este hecho. Quieren un argumento donde solo cabe una visión, exigen grados donde no los hay. Cuando la razón humana ha visto ciertas verdades no puede ir más allá ni dudar de ellas. Está sometida a una ley primitiva de su naturaleza, de la cual no puede prescindir sin dejar de ser lo que es. Por lo mismo que ve el objeto, está segura de él; la diferencia entre la subjetividad y la objetividad cabe en el terreno de las ilaciones, mas no en el de la razón inmediata*". (Op. c. vol. XVIII, lib. 4, n. 172).

(32) P. CUEVAS, S. I. "Carta fechada en Nivelles a 25 de Febrero de 1848, dirigida al P. Andrés Artola, que a la sazón estudiaba en Lovaina", apud *Vida de Balmes*, opus vere egregium a P. Ignatio Casanovas, S. J., scriptum quod in lucem cito editum speramus.

(33) Op. c. n. 221.

(34) Cfr. textus sequentes ubi ostendit Balmes omnes nostras cognitiones reducendas esse ad *perceptionem* identitatis. Si quis eos bene perpendat atque ad invicem diligenter conferat. non dubitamus quin clara ei apparebit mens balmesiana.

...Basta que no percibamos identidad entre los predicados y los sujetos para que la afirmación no pueda tener cabida, ... ni es contrario al sentido común ni es falso el decir que los conocimientos de todos los matemáticos son percepciones de identidad, la cual, presentada bajo diferentes conceptos, sufre infinitas variaciones de forma que fecundan el entendimiento y constituyen la ciencia (op. c. n. 269).

Videsis etiam integra capita 26-28.

Los dos problemas capitales: ¿de dónde nace la representación intelectual? ¿de dónde su conformidad con los objetos? tienen entre nosotros una explicación muy sencilla. Nuestro entendimiento, aunque limitado, participa de la luz infinita; esta luz no es la que existe en el mismo Dios. es una semejanza comunicada a un ser criado a imagen del mismo Dios. Con el auxilio de esta luz resplandecen los objetos a los ojos de nuestro espíritu... Lo

recte interpretari, si affirmamus omne assensus certi motivum *perspicientia intellectuali* constitui, in varias species distributa, quarum una, nomine tenus, evidentia non est, eo quod peculiaris definitio nimis restricta evidentiae, talem vetet denominationem. Unde motivum ex instinctu intellectuali aut sensu communi petitum evidens a Balmes non vocari solummodo ex diversa terminologia ab eo adhibita pendere dicendum est.

At urgebis Balmesii verba pro te rursus adhibendo: *Por el principio de la evidencia se da un salto inmenso, se pasa de la subjetividad a la objetividad (o sea de lo que parece a lo que es); se afirma que las condiciones subjetivas son el reflejo de las objetivas, se hace el tránsito de la idea a su objeto* (35). Sed his tandem aliquando evincit Balmes ex evidentia subiectiva transitum fieri ad obiectivam, seu quod idem valet, intellectum res minime apprehendere nisi ope idearum, quod supra iam ab ipso audivimus: *el entendimiento para pensar necesita ideas, no puede pensar fuera de sí...* Huiusmodi vero transitum illegitimum esse vel caece fieri ab intellectu nullo modo asserit Balmes; sed prorsus contrarium docet (36).

Sane, non quaecumque rei apparentia haberi potest ut nota veri, ut patet in somniantibus vel amentibus; sed solummodo clara rei apparentia in adiunctis normalibus (37). Nunc autem, nonne omnes criteriologi scholastici evidentiam subiectivam coniungi cum obiectiva in adiunctis normalibus, iisdem ducti rationibus ac Balmes comprobare conantur? Videlicet quia secus induceretur scepticismus universalis, dicunt scholastici; quod idem valet ac illud Balmesii: *el ver el espíritu que no admitiendo la legitimidad del criterio de la*

que es natural en el hombre no es siempre enteramente fijo como en los brutos. En éstos el instinto es ciego, porque debe serlo donde no hay razón ni libertad. En el hombre las inclinaciones naturales están subordinadas a la libertad y a la razón; por esto cuando se las llama instintos, la palabra debe tener acepción muy diferente de la que le damos al aplicarla a los brutos (op. c. n. 325). *No cabe suponer que la actividad (de la inteligencia) se desarrolle ciegamente; no hay nada ciego cuando se trata de representación. Ex his ergo patet nullum esse iuxta Balmes, iudicium coecum sed omnia determinata esse perspicientia intellectuali.*

(35) Op. c. n. 221.

(36) Patet ex textu descripto (31 et 34) et sequentibus confirmari potest: *"el enlace de la evidencia (subjetiva) con la realidad (objetiva) y por tanto el tránsito de la idea al objeto, es un hecho primitivo de nuestra naturaleza, es el fundamento de todo lo que hay en él, fundamento que a su vez no estriba ni estribar puede en otra cosa que en Dios, creador de nuestro espíritu. Es de notar sin embargo la contradicción en que incurren los filósofos que dicen: yo no puedo dudar de lo que es subjetivo, esto es, de lo que me afecta a mí mismo, y afirmar que lo que pienso es en realidad como lo pienso. ¿Sabes que sientes, que piensas, que tienes en ti tal o cual apariencia? ¿Lo puedes probar? Es evidente que no. Lo que haces es ceder a un hecho, a una necesidad íntima que te fuerza a creer que lo que evidentemente te parece que es de tal o tal manera, es en efecto de la misma manera; ninguno de los dos casos admite demostración, en ambas hay indeclinable necesidad; (quia adest evidentia perfectissima) op. c. n. 251. Cfr. etiam nr. 252-263 ubi fuse declaratur legitimitas transitus huiusmodi ab evidentia subiectiva ad obiectivam et praesertim loco descripto (p. 14).*

(37) BALMES, op. cit., vol. XVII, lib. 2. cap. III.

evidencia, la vida es un caos... que se hundan todos sus conocimientos y le es imposible pensar.

“Difficultates moventur contra sententiam balmesianam, dicemus cum clarissimo auctore, ab his scholasticis qui evidentiam obiectivam criterium veritatis esse docent, sed minime subiectivam. At vero evidentia obiectiva nec movere nec dignosci potest sine subiectiva et tali gradu et efficacia qualis sit gradus et efficacia evidentiae subiectivae illam detegentis et non amplius. Quare si periculum hallucinationis, erroris, etc., labefactat subiectivam evidentiam, idem eodemque titulo labefactaret evidentiam obiectivam” (38). *Cavilese cuanto se quiera, inquit Balmes, nunca saldremos de este circulo. Siempre volveremos al mismo punto. El espíritu no puede pensar fuera de sí mismo, lo que conoce lo conoce por medio de ideas; si éstas le engañan carece de medios para rectificarse* (39). Nullatenus igitur sine magna iniuria adscribi potest Balmes fideismo Scholae sensus communis ad mentem Thomae Reid multoque minus, Scholae sentimentali ad mentem Iacobi qui, ut fertur, dicere solitus erat “se vi intellectus sui gentilem, vi autem affectionis ac sensus (sentimiento) christianum fervidum atque addictissimum esse” (40).

Saltem, instabis, a dogmatismi exaggerati nota minime Balmes liberatur. Audiamus iterum eum huic animadversioni plene satisficientem suamque sententiam perspicue definientem: *Entonces se dirá, la filosofía empieza por una afirmación; sí, no lo niego, y esta es una verdad tan fecunda que su consiguiente puede cerrar la puerta a muchas cavilaciones y difundir abundante luz por toda la teoría de la certeza... sin ella la vida es un caos... Sin esto (sin suponer un valor a ciertas ideas, una verdad a ciertos juicios) es imposible.*

(38) P. NADAL, S. I. *Codez Logicus*, II, p. 11. Quid veniat romine evidentiae subiectivae et obiectivae optime declarat laudatus auctor. “Motivum, ait, cui immititur iudicium mentis evidens esse dicitur cum identitas vel distinctio extremorum ita clare et perspicue proponitur intellectui quasi oculis videretur sub luce meridiana adeo ut procul a mente reiciatur caligo, dubitatio aut formido errandi... Perspicuitas ista seu evidentia potest considerari in actu et in obiecto, seu in iudicio mentis et in motivo ipsius. Hinc evidentia *subiectiva* est qua iudicium est evidens. Porro iudicium evidens est iudicium clarum et perspicuum, cum dubio impossibile, ita ut perlat dubium et formidinem praeeistentem et impediat advenientem. Motivum primo dici potest evidens quasi in actu secundo denominatione desumpta ab evidentia subiectiva ad quam movet et quam terminat; sed praevia ad subiectivam est evidens evidentia obiectiva, qua motivum est evidens quasi in actu primo. Hoc sensu motivum evidens est motivum tali vi et proportione gaudens cum intellectus humani capacitate cognoscitiva, ut per illud obiectum enuntiabile plene innotescere possit intellectui si rite percipiatur. Manifestum est utramque simul evidentiam dari cum eicitur iudicium evidens; sed obiectiva evidentia potest esse sine actuali subiectiva; ipsa tamen dicit semper relationem essentialem ad intellectum, cui perfecte aptatur, et ad iudicium evidens in eo possibile. Unde evidentiae conceptus potius videtur primario convenire subiectivae evidentiae quam obiectivae” (op. c. I, pp. 1-4). A recentibus scholasticis impugnari solet *idea clara et distincta* Cartesii tamquam ineptum criterium veritatis et fons certitudinis; at vero idea clara et distincta vere et sincere talis non apparet in quo differat a cognitione evidenti. Cartesius potius errabat in sinistra applicatione (op. c., II, p. 34). In hoc opere lithographice scripto multa optima continentur quae non parvam afferunt lucem ad problema criticum.

(39) Op. c., vol. XVI, n. 28.

(40) GONZÁLEZ O. P. *Historia de la Filosofía*, III, § 104. (1886).

hablar ni pensar, y hasta Fichte lo reconoce cuando al comenzar sus investigaciones sobre el principio de nuestros conocimientos confiesa que no puede dar un paso sin confiarse a las leyes de la lógica general, que no están todavía demostradas y que se suponen tácitamente admitidas. Y ¿qué son esas leyes sin verdad objetiva? ¿Qué son sin el valor de las ideas, sin la correspondencia de éstas con los objetos? Es un círculo, dice bien Fichte, y de él no sale este filósofo, como no han salido los demás. En el camino donde vamos a entrar con la reflexión debemos partir de una proposición cualquiera que nos sea concedida por todo el mundo, sin ninguna contradicción, dice el mismo Fichte. El quitar a las ideas su valor objetivo, el reducirlas a meros fenómenos subjetivos, el no ceder a esa necesidad íntima que nos obliga a admitir la correspondencia con los objetos, arruina la conciencia misma del yo... Sin esta verdad objetiva es imposible todo recuerdo cierto hasta de los fenómenos interiores, y por consiguiente todo raciocinio, todo juicio, todo pensamiento... En tal caso desaparece toda expresión, toda palabra; nada tiene valor seguro; todo se hunde; así en el orden intelectual y moral como en el material y el hombre queda hasta sin el consuelo de poseerse a sí mismo; se desvanece en sus propias manos como vana sombra... De esto se infiere que los que atacan la objetividad, atacan una ley fundamental de nuestro espíritu, destruyen el pensamiento y arruinan hasta la conciencia, hasta todo lo subjetivo que les servía de base. Este método de filosofar tiene algo de dogmático; pero dogmatismo que tiene en su apoyo a los mismos Pirrón, Hume y Fichte. El verdadero dogmático comienza por dar a la razón el cimiento de la naturaleza, emplea una razón que se conoce a sí misma, que confiesa la imposibilidad de probarlo todo, que no toma arbitrariamente el postulado que ha menester; sino que lo recibe de la naturaleza misma. Sin ésta, la razón nada puede, para ejercer su fuerza exige un punto de apoyo... Con estas doctrinas creo posible una filosofía sin escepticismo; el examen no desaparece; por el contrario se extiende y se completa... En esta cuestión lo que debe proponerse la filosofía es el examen de los cimientos de la certeza, sólo con la mira de conocer a fondo el espíritu humano. En qua ratione et quo fine, iuxta Balmes, proponi potest problema criticum fundamentale (41).

Ecce, auditores ornatissimi, positionem sensus communis a clarissimo nostro philosopho strenue vindicatam; positionem, ut videtis, sani criticismi, minime vero exaggerati dogmatismi, ut aliqui temere effutiunt. Sane, examen non modo non aufertur, sed e contra extenditur ac perficitur: *el examen no desaparece, antes por el contrario se extiende y se completa...* Quia scopus Criticae examen eiusmodi esse debet, quo profundius spiritus humanus cognoscatur.

(41) Op. c. nn. 8, 15, 16, 35, 251, 255, 258, 261, 339.

Estne autem solida huiusmodi positio sensus communis in problematis critici solutione? Eam non modo esse solidam sed etiam unice possibilem clare apparebit aliqua ex supradictis perstringendo, aliaque nova praesertim in solvendis difficultatibus adiungendo.

II. — DE VALORE SOLUTIONIS SENSU COMMUNIS

I. QUID SENSUS COMMUNIS

Sed in primis quid nomine sensus communis intelligatur aliquantulum declarare opus est. Nemo est vel inter rudissimos qui non saepe ad sensum communem appellaverit ut assertiones suas confirmaret, quod ei essent conformes; aliorum vero reprehenderit, tamquam ab eo dissentientes; ex quo patet hoc nomine quamdam recte iudicandi facultatem intelligi, cuique veracitatem etiam ab omnibus tribuatur.

Qualis vero sit haec facultas, quinam eius characteres ex hoc ipso facto deducere nobis licebit. At primum quid nos doceat eius etymologia perscrutemur oportet. Siquidem, ut ipse Balmes ait, "quamvis valor etymologicus alicuius verbi ab eius valore reali discrepet, saepe tamen uterque valor intime ad invicem referri solet", quod quidem in casu nostro mire evenit.

SENTIDO: *esta palabra excluye la reflexión, excluye todo raciocinio, toda combinación, nada de esto tiene cabida en el significado de la palabra SENTIR* (42). Vocatur etiam instinctus, quia sensus communis, servata proportionem, in homine sese habet sicut instinctus in animalibus (43).

COMÚN: *esta palabra excluye todo lo individual e indica que el objeto del sentido común es general a todos los hombres... En la palabra COMÚN se significa que los objetos de este criterio lo son para todos los hombres (es decir, juicios fáciles que todos los hombres hacen espontáneamente) y de consiguiente, se refieren al orden objetivo, pues el orden subjetivo como tal se ciñe a la individualidad, en nada afecta a la generalidad* (44).

Vi ergo nominis facultas huiusmodi talia iudicia eliciendi omnibus hominibus communia, *sensus* vocatur, quia excludit omnem reflexionem et omne ratiocinium, saltem explicitum. Sensus enim nec redeunt supra se nec proprie iudicant. Obiter iterum notetur excludi a sensu communi balmesiano reflexionem; minime vero intellectualem rei perspicentiam, ut ex supradictis constat.

(42) Op. c. n. 314.

(43) Vide tamen discrimen supra indicatum (34).

(44) Op. c. n. 315.

2. — ACTUS SENSUS COMMUNIS

Constat etiam ex valore etymologico, actus huiusmodi facultatis esse iudicia facilia quae ab omnibus fiunt sponte naturae, quaeque ad ordinem pertinent obiectivum (45). Ex his veluti manu ducitur Balmes ad stabilendam definitionem realem huius facultatis: *Yo creo, ait, que la expresión sentido común significa una ley de nuestro espíritu, diferente en apariencia, según son diferentes los casos a que se aplica, pero que en realidad, y a pesar de sus modificaciones, es una sola, siempre la misma y consiste en una inclinación natural de nuestro espíritu a dar su asenso a ciertas verdades no atestiguadas por la conciencia, ni demostradas por la razón (caute ne legeris "no vistas intelectualmente") y que todos los hombres han menester para satisfacer las necesidades de la vida sensitiva, intelectual o moral* (46).

In postremis verbis ratio profunda invenitur cur talia iudicia omnibus hominibus facillima sint; quod videlicet natura seu potius Auctor naturae praecipuis necessitatibus optime sapienterque providerit.

Optime, mea sententia, mentem balmesianam Dr. Pelegrí exprimit sequentibus verbis: *"Balmes concibe el sentido común como una luz providencial dada por Dios al hombre para que con ella pudiera éste alcanzar con seguridad siempre y sin ningún tecnicismo científico, las primeras verdades de todos los órdenes que no convenía dejar a merced de las humanas variaciones, ni encerrarlas dentro de los estrechos límites de una escuela... es el instinto balmesiano la naturaleza racional adelantándose por visión natural a la demostración o a la reflexión; es la naturaleza que se adelanta no a la razón espontánea, sino a la razón metódicamente percibida"* (47). Sensus igitur com-

(45) ...en el lenguaje ordinario jamás se llama opuesto al sentido común un fenómeno interior por extravagante que sea con tal que se exprese simplemente el fenómeno y se prescinda de su relación con el objeto. A un hombre que dice: yo experimento tal o cual sensación, me parece que veo tal o cual cosa, no se le opone el sentido común; pero si dice: tal cosa es de tal manera, si la aserción es extravagante, se le objeta: esto es contrario al sentido común... (n. 315).

(46) BALMES, *El Criterio*, op. c., vol. XV, p. 15 et vol. XVI, n. 316.

(47) *Epistemología Balmesiana, Estudi Crítich-Historich de la Filosofia fundamental*, pp. 31-32 (Vich, 1911). Cfr. iterum BALMES, op. c. n. 317, ubi dicit: *hay algún inconveniente en dar a esta inclinación el nombre de sentido común? Por mi parte no disputaré de palabras, consigno el hecho y no necesito nada más en el terreno de la filosofía... repito que el nombre nada importa, aunque no sería difícil encontrar algún autor grave (Fenélón) que ha dado al criterio de evidencia el título de sentido común; lo que deseo es consignar esta ley de nuestra naturaleza, que nos inclina a dar asenso a ciertas verdades...* Notetur criterium sensus communis seu instinctus intellectualis permitti a Balmes ut vocetur criterium evidentiae.

Non erit inopportunum aliqua afferre ex S. Thoma quae ad iudicia determinata ex quadam inclinatione quasi instinctiva referuntur. "Cum iudicium, ait, ad sapientem pertineat, secundum duplicem modum iudicandi, dupliciter sapientia accipitur; contingit enim aliquem iudicare uno modo per modum inclinationis, sicut qui habet habitum virtutis, recte iudicat de his quae sunt secundum virtutem agenda, in quantum ad illa inclinatur; unde in X Eth-

munis non est facultas distincta a ratione; sed omnino eadem quatenus est naturaliter disposita ut quasdam veritates vitae humanae maxime necessarias magna cum facilitate et quasi sponte apprehendat.

Pulcherrime etiam huiusmodi sensus communis conceptionem Kant his verbis exprimebat: "sanus sensus communis saepe prius veritatem animadvertit quam rationes intelligat quibus veritas probari vel declarari possit" (48.)

Huic sensus communis facultati tribuit Balmes in primis principia immediate evidentiā; tum iudicia et cognitiones necessarias ad ordinem moralem voluntatisque nostrae directionem; praeterea iudicia quae spectant ad obiectivam realitatem sensationum; inclinationem ad fidem auctoritati habendam; denique propensionem ad alia varia iudicia proferenda, quorum magnus usus est et utilitas in vita humana (49).

3. VALOR CRITICUS SENSUS COMMUNIS PRACTICE ET SPECULATIVE

Iudicia sensus communis valere pro vita practica vel ipsi sceptici libenter admittunt.

Eduardus Le Roy, philosophiae modernisticae vel etiam philosophiae *actionis* antesignanus, sensum communem negat quidem scientiam esse aut philosophiam, sed cogitationum veluti conspirationem ad utilem quandam vivendi viam vitaeque usum, illum censet. Aliis verbis: iudicia sensus communis esse scientifica seu philosophica infitiatur, nihilominus quidquid sit de cuiusque philosophi doctrina speculativa, ait, sensus communis *vivitur* ab omnibus... "Sermo proprius sensus communis, refertur ad actionem, quae importat utique cogitationem, siquidem agitur de actione entis ratione praediti, sed cogitationem mere practicam (50). Absurdum enim, ait Bergson qui, iuxta Le Roy, profunde naturam penetravit sensus communis, est quid *incogitabile*, non

corum dicitur quod virtuosus est mensura et regula actuum humanorum. Alio modo per *modum cognitionis...* (L. p. q. l. a. 6, ad 3).

Et alibi "sapientia importat quandam rectitudinem iudicii secundum rationes divinas. Rectitudo autem iudicii potest contingere dupliciter; uno modo secundum perfectum usum rationis; alio modo propter *connaturalitatem* quandam ad ea de quibus iam est iudicandum; sicut de his quae ad castitatem pertinent per rationis inquisitionem actu iudicat ille qui didicit scientiam moralem; sed per quandam *connaturalitatem* ad ipsam recte iudicat de eis ille qui habet habitum castitatis..." (2. 2. q. 45, a. 2).

(48) *Crit. R. P.*, II, 333.

(49) Op. c. nn. 317-325. Quod ad ideas religiosas attinet videsis recensionem huiusmodi veritatum sensus communis apud Mgr. Le Roy. "La Religion des Primitifs"; conclusio, p. 464 (Paris, Beauchesne, 1909).

(50) *Revue du Clergé français*; Oct. 1907, pp. 212-214. Hanc suam theoriam exponit E. Le Roy in articulo *Science et Philosophie* ephemeridis *Revue de Métaphysique et Morale*, juillet 1899. Discussam et optime refutatam invenies eam a Fr. R. Garrigou-Lagrange O. P. *Le sens commun, la Philosophie de l'être et les Formules dogmatiques*, pp. 1-50, (Paris, 1909).

autem impossibile, quin etiam, intima rerum natura, sicut Hegel dixerat, est contradictio *realizata*" (51).

Videte, auditores, quam callide profundeque penetret naturam sensus communis nova philosophia!

Valorem eiusmodi mere practicum quem *philosophia nova* tribuit sensui communi bene declarat modernistarum sequens propositio damnata per decretum "Lamentabili" (3 Iulii 1907); "dogmata fidei retinenda sunt tantummodo iuxta *sensum practicum*; id est, tamquam norma praeceptiva agendi, non vero tamquam norma credendi". "Appellare ad sensum communem, inquit, tamquam ad rationem speculativam, idem valet atque ad ignorantiam confugere et ad praeiudicia tum generalia tum particularia cuiusque aetatis vel temporis propria". Haec iustificare conantur perperam exhibentes, nomine sensus communis, complexum opinionum alicuius aetatis vel gentis eiusque iudicia cum opinionibus vulgi identificantes (52).

Valor speculativus sensus communis. Nihilominus sensum communem valorem speculativum habere tenuerunt omnes illi magni ingenii viri, ut Aristoteles, cuius metaphysica ab ipso Bergson ut naturalis intellectui humano (53) existimatur. Iam vero metaphysica peripatetica ac proinde scholastica nihil aliud est quam veluti uberiter explicatio eorum, quae omnes per sensum communem edocentur. Ex quo tandem sequitur ex sensu communi tamquam ex primo fonte derivari philosophiam naturalem intellectus humani. Nonne ergo vox sensus communis vox naturae rationalis ac proinde vox veritatis dicenda est?

Profecto universali inductione constat cuiusvis naturae inclinationem numquam esse fallacem; sic instinctus animalium, quo v. g. autumnus ad novas inquirendas regiones, nonnullae impelluntur aves, numquam fallax invenitur. Multo minus ergo naturae humanae longe omnium nobilissimae inclinationes, quibus in objecta vitae necessaria fertur fallaces inveniri poterunt. Optime et pulchre hanc naturae veritatem aliud intendens declaravit Orator romanus: "Quid est igitur cur dubitandum sit, quin sint ea quae disputavi verissima, si ratio mecum facit, si eventa, si populi... si maiores etiam nostri, si denique hoc semper ita putatum est, si summi philosophi... si sapientissimi viri; an dum bestiae loquantur expectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus?" (54).

Insipientissime idcirco vocem naturae rationalis, ut sunt iudicia sensus communis lucemque intellectualem iulgentissimam nonnulli philosophi extinguere conantur. Kant ipse animo sincero atque eloquenti fatetur magnam

(51) *Evolution créatrice*, edit. 3.^a p. 269, Paris, 1907.

(52) *Revue de Métaphys. et de Morale*, l. c. p. 379.

(53) Op. c. p. 352.

(54) Cicero. *De divinatione*, I, 39.

esse insipientiam audire nolle sensus communis vocem, cum de argumento teleologico, tanquam via vulgari rationis humanae ad agnoscendam Dei existentiam haec scribit: "anima morigerata tantam pulchritudinem, tantum ordinem invenit in universo, ut haec sufficient ad hanc persuasionem: vitam in virtute esse degendam". Et rursus "cum ego tot tantaque attente considero, nulla lingua humana quid tali sentiam cogitatione exprimere valet omnisque *metaphysica subtilitas* cedit dignitati ac sublimitati huius considerationis... vis persuasionis est imperturbabilis... quare malitiosus esse debet (nam tam stultus homo nequit esse) qui talia contemplans deneget sapientem Auctorem..." (55). Nonne haec ut condemnatio eorum haberi debent quae sensum communem evertendo ipse postea vehementer errans professus est?" "Anima morigerata, inquit, sapientem esse Auctorem clarissime intelligit ex his quae contemplatur". Et quemadmodum, ut recens theologus ait, quo purior est animus humanus tanto melius suprasensibilem penetrat veritatem (56); simili modo natura humana ni aberrationibus criticismi transcendentalis in statu *disharmoniae* sit iam constituta, non poterit non duci vi sensus communis et quo longius versetur ab idealisticis praedubiis clarius et potentius vocem audiet naturae rationalis. Iam vero: *cuando la naturaleza habla en el fondo de nuestra alma*, inquit Balmes, *con voz tan clara y tono tan decisivo es necedad no escucharla. Voz más fuerte que todos los discursos y a que nos es imposible resistir. Sea cual fuere el resultado que nos diere el examen filosófico de las relaciones entre el mundo ideal y real... Sólo algunos hombres apellidados filósofos se obstinan a veces en este empeño, no recordando que no hay filosofía que excuse la falta de sentido común, y que mal llegará a ser sabio quien comienza por ser insensato* (57).

Huiusmodi iudicia non aliunde quam a puro rationis fonte defluere Balmes ostendit, cum, quam innixa in ratione sint iudicia quibus de impossibilitate, quam ipse vocat, sensus communis sententia fertur, aperiat: *en la mayor parte de los casos en que el sentido común nos dice que hay imposibilidad son muchas las cantidades por combinar; entiendo por cantidades todos los objetos que han de estar dispuestos de cierto modo para lograr el objeto que se desea. Por poco elevado que sea este número, el cálculo demuestra ser la posibilidad tan pequeña que ese instinto con el cual desde luego sin reflexionar, decimos: "esto no puede ser", es admirable por lo fundado que está en la sana razón* (58).

(55) *Conspectus systematis Kantiani*. SCHAAF, pp. 49, 46, 47 (1903-1904).

(56) LEBRETON, S. I. *Revue pratique d'Apologétique*; 15 mai, 1907, p. 197.

(57) Op. c. vol. XV, *El Criterio*, p. 41, et vol. XVII, lib. 2, n. 24. Notetur discrimen inter sensum communem et bonum sensum (*el buen sentido*), ibid. cap. 22, párrafo IX, pp. 269, 270, 273. Potest etiam dari consensus communis circa aliquod enuntiabile quod non sit veritas sensus communis; si v. g. non sunt condiciones requisitae (op. c. vol. XVI, nn. 327, 329).

(58) Op. c. p. 42 nota.

Cur ergo tot philosophi moderni sensum communem evertere conantur? Huius eversionis studii altam recens scholasticus declarat rationem: "rerum novarum studiosi, inquit, in philosophicis disciplinis, sensum communem maximopere odio habent, quia suas quasque audacias a priori ille condemnat. Itaque, nisi prius eius vocem extinguere conentur, perpetuo eis obversabitur universum hominum genus contra seipsos sententiam ferens, sententiam, inquam, non corruptione exquisitam, sed sinceram vereque *universalem*, talis nempe ut unaquaeque sententia, utpote natura ipsius intelligentiae innixa, omnes ceterorum sententias, nulla excepta, contineat atque importet (59).

En esa gran votación del linaje humano, inquit, eadem fere scribens, Balmes, *vota cada uno en cierto sentido, por el impulso mismo de la naturaleza; y como todos experimentan el mismo impulso, todos votan de la misma manera... la razón de la seguridad del individuo no nace del consentimiento de los demás, sino que por el contrario, la razón de que convengan todos es que cada uno de por sí se siente obligado a convenir* (60).

Quapropter concludimus sensus communis dictamina proxime et formaliter ab humana natura procedere quae exigit naturaliter ea omnia habere necessaria vel valde utilia ut suum prosequatur finem, remote autem a divina bonitate ac sapientia quae omnia suaviter ad finem perducit.

III. — DIFFICULTATES CONTRA SOLUTIONEM SENSUS COMMUNIS

Praeoccupatis difficultatibus a propugnatoribus novae philosophiae convenientibus, restat nunc ut animadversiones in huiusmodi solutionem ab aliis neoscholasticis propositas examinemus. Duo sunt processus critici qui circumferuntur tamquam diversi a theoria trium veritatum, quique insufficientem prorsus esse solutionem sensus communis ad superandum subjectivismum modernum supponunt. Huiusmodi processuum patroni praecipui habentur duo insignes philosophi supra laudati; videlicet: E. C. Mercier et P. Picard. Utriusque difficultates accurate perperdamus.

I. ANIMADVERSIONES P. PICARD

"In hac solutione, ait P. Picard, affertur tamquam ultima ratio nostrae fiduciae in rationis valorem necessitas *subjectiva* illum affirmandi; iam vero a critico vel sceptico postulatur lux *objectiva* quae talem necessitatem iustifi-

(59) THEOD. RÉGNON, S. I. *Métaphysique des causes*, edit. 2.^a, I. I, cap. 4, n. 4, p. 79 (Paris, 1906).

(60) Op. c., vol. XVI, n. 333.

cet... sola autem comprobatio necessitatis intellectualis affirmandi aliquid vel negandi nullatenus solutionem iuris valet subministrare (61). Quid enim respondebitur idealistae concedenti omnes affirmationes in plano sensus communis (*du simple bon sens*), in dominio practico; neganti vero hunc planum esse philosophicum? Non possum non affirmare implicite in omni propositione, ait scepticus, principium contradictionis atque intellectus veracitatem, sed numquid valet hoc principium tamquam lex etiam rerum? Intellectus meus estne revera in possessione veritatis?... quo iure possum tamquam verum asserere id omne quod ut tale mihi imponitur? Problema igitur sola responsione sensus communis insolutum omnino manebit (62). Persuasio de nostra aptitudine ad verum assequendum superabit utique criticismum et idealismum in hoc quod pro se habebit sensum communem; sed veracitas intellectus in hac theoria relinquetur ut simplex postulatum quod credi debet, cuius certitudo ordinis erit *infraphilosophici*" (63).

Responsio. Ut respondeamus huic difficultati notemus in primis supponi in ea statum mentis initialem esse *dubium reale*, circa naturam assensus praestandi in valorem rationis, utrum nempe sit philosophice certus, vel solum infraphilosophice (64). Aliis verbis: utrum solum practice, vel etiam speculative, i. e. an assensus determinetur rationibus ordinis intellectualis (*par des raisons intellectuelles*) vel ordinis non intellectualis, ut vult fideismus.

Sed quaeres in hac hypothesis: certitudo ista practica, infraphilosophica, infraintellectualis, quomodo et quo momento evadet speculativa, philosophica? "Solutio alia possibilis non est, respondet, nisi per theoriam quamdam intuitivam, ita ut Kantio cedendum prorsus esset nisi hac via intuitionis solutio inveniri posset, unaque sensus communis solutione in tali hypothesis contenti esse deberemus" (65).

Sed rursus quaeret a te scepticus: *quomodo scis hanc intuitionem non esse fallacem?* Nonne vides te iam supponere valorem intuitionis intellectus, qui valor in quaestione est? Ni autem supponas valorem rationis seu intellectus, quid valebunt, quaeso, innumerae operationes mentales quibus uteris ad proponendam et parandam tuam solutionem? (66).

(61) Op. c. pp. 9-11, 14, 43. Cfr. etiam P. MARECHAL, *Le Point de départ de la Métaphysique*, Cah. I, p. IX. Paris, 1922.

(62) "La réponse de bon sens par laquelle on fait taire le scepticisme est donc vaine: les sceptiques ne se mettent pas en dehors de la vie pratique, puisque, comme les autres hommes, ils éprouvent et y conforment sans effort leur vie et leur discours" (op. c. p. 3).

(63) "La certitude vulgaire... (ut supra) n'arrive pas à justifier absolument... par des *raisons intellectuelles*" (ibid. p. 43, nota).

(64) Ibid. p. 42 et pp. 19-20.

(65) Ibid. p. 36 et 37 nota.

(66) Ibid. p. 4, 5, 15. "...No se puede dar un paso, inquit Balmes, sin confiarse a todas las leyes de la lógica general, que no están todavía demostradas y que se suponen tácitamente admitidas. Y ¿qué son esas leyes sin verdad objetiva? ¿Qué son sin el valor de las ideas, sin la correspondencia de éstas con los objetos?" (op. c. vol. XVI, n. 251).

Dices: "Il faut que l'emploi de la raison ne soit qu'un moyen pratique quelconque

Praeterea, dato et non concesso, quod sola intuitione *tu ego* sine ulla abstractione, idea entis compararetur et inde prima principia, si tamen incipis, ut vult criticista, a dubitatione vel negatione etiam *tu ego* noumenalis seu omnis prorsus realitatis, non modo existentiae propriae sed et ipsiusmet cogitationis (67); per instrumentum (intuitionem) in stadio quod fingis nec fortasse existens, quomodo poteris convincere criticistam de legitimitate transitus a phaenomeno ad noumenum? Poterisne quidquam comprobare aut verificare? Si vel uno temporis puncto supponis te tantum phaenomenum attingere equidem non video quomodo possis logice te umquam a phaenomenis extricare.

Nimis deinde distinguere conaris certitudinem philosophicam a vulgari (68). Ista enim solum gradu aliquo accidentali ab illa distinguitur, etiam motivis solidis et quidem ordinis intellectualis, saepe determinatur nec ab ea omnis abest reflexio (69) solumque a philosophica distinguitur, quatenus in stadio vulgaris certitudinis intellectus supponitur incapax clare assignandi huiusmodi motiva solvendique difficultates contra illa forte insurgentes. Reflexionem denique qua intellectus videat num versetur necne in adiunctis normalibus in quibus error non sit possibilis, valorem habere omnino supponendum est. Iterum iterumque verba supra citata clarissimi nostri philosophi repetam: *si suponemos que las ideas nos engañan es imposible la rectificación, pues ésta debería hacerse por medio de otras ideas, y la de éstas por otras...* Quibuscumque igitur excogitatis ad tentandam solutionem problematis critici fundamentalis, huc tandem devenietur, nec aliud praestabitur nisi forte rem clarissimam obscurare.

Demus igitur esse scepticos in ordine *certitudinis reflexae philosophicae*, ut vult saepe laudatus auctor (70), sed illos efficaciter per demonstrationem videlicet et sine recursu ad sensum communem confutari posse omnino negamus. Qui enim prima principia negaret vel de illis dubitaret i. e. non haberet de illis veram certitudinem, partam videlicet motivis ordinis intel-

pour nous faire prendre conscience plus pleinement du contenu de l'intuition comme le grossissement d'une forte loupe nous aide à découvrir les détails d'une pièce anatomique, ou d'une fleur que notre œil n'aurait peut-être pas trouvés à lui seul; mais qu'il examinera ensuite facilement sans le secours d'aucun instrument" (P. PICARD, op. c. p. 45). Resp. Negandum est suppositum; siquidem conspiciendum aliud non habes in casu praeter ipsum intellectum. Quo autem iure intellectu uteris cum de eius aptitudine quaestio instituitur?

(67) Ibid. pp. 4, 5. 15.

(68) "*La certitude vulgaire adhère fermement à son objet d'une manière instinctive; supérieure au pur empirisme animal qui se contente d'éprouver, elle se hausse jusqu'à l'affirmation catégorique de la réalité et de la nature de cet objet mais n'arrive pas à justifier absolument cette affirmation par des raisons intellectuelles. La certitude philosophique, au contraire, justifie ainsi, au moins dans la réflexion, la légitimité de ses affirmations catégoriques"* (Ibid. p. 43 nota).

(69) Omne iudicium etiam spontaneum aliquam includit reflexionem, ut patet ex S. Thoma (I. q. 16, a. 2 et in *Met.* lect. 4) et ex P. Suarez. (*Disp. met.* 8, sect. 3, n. 18).

(70) Ibid. p. 7.

lectualis esset similis trunco, ut dicit Aristoteles, quocum nulla institui posset disputatio; quamvis, sententia S. Thom., "nec talia dicenti credere nobis liceret, quia impossibile est de talibus dubitare. Nec necessarium est, quod quidquid aliquis dicat, in mente suscipiat vel opinetur" (71).

Unde tandem aliquando saltem actus reflectentis valor (iudicii, intuitivus, quomodo velis) valorem habere supponi debet, ut factum certitudinis, quam infraphilosophicam appellas examinare valeas. Ac proinde nihil aliud facis nisi postulas valorem actus qui praecise est in quaestione. En igitur diallellum et postulatum quae tanta diligentia vitare conabar! (72).

2. SOLUTIO PER IUSTIFICATIONEM IUDICIORUM ORDINIS IDEALIS

Veniamus nunc ad processum Scholae Lovaniensis quo etiam intenditur solvere problema aliter quam per sensum communem, ut iam initio adumbravimus (73).

Si certo affirmamus, inquit, duo et duo sunt quatuor, ratio est quia examen terminorum huius iudicii nobis evidenter manifestat eorum identitatem ac proinde habemus conscientiam claram, synthesim minime a nobis fieri sub pressione caecae necessitatis; sed quia examen terminorum huiusmodi iudicii imponit nobis evidenter eorum identitatem. Iustificatis hac ratione iudiciis ordinis idealis eo ipso sine petitione principii, sine ulla suppositione, spiritus comprobatur suam propriam veracitatem. Solum restat quod inferentia quadam per principium ideale causalitatis assecuretur mens de valore reali huiusmodi terminorum in quo alterum consistit problema (74).

Secū ni fallimur neque hoc processu vitatur diallellum. Nam veritas huiusmodi iudiciorum ordinis idealis seu quod idem est: legitimitas synthesis inter terminos factae, a valore intrinseco seu obiectivitate ideali ipsorum terminorum pendet; iam vero horum valor praecise innititur in istis iudiciis ordinis idealis, quae sunt prima principia. Nam ad obtinendam propositionem veram etiam ordinis idealis unire non sufficit subiectum et praedicatum quaecumque, sed oportet ut termini clare appareant tamquam non chimerici; secus iudicium quod affirmet eorum convenientiam plus valoris forte non habebit quam eius contradictorium.

Nequit ergo stabiliri veritas etiam in ordine ideali quin supponatur iam

(71) *Met.* III, cap. 20 et: In XII *Met.* IV, lect. 6.

(72) "Nous ne pouvons donc, au point où nous en sommes, nous appuyer logiquement sur aucune opération intellectuelle à moins de renoncer à notre problème ou de le résoudre par une évidente pétition de principe" (op. c. p. 44).

(73) Responsum sensus communis, iuxta Mercier, est insufficient. Non enim, ait, disputatur de existentia certitudinis, tamquam status psychologici; sed utrum reflexe nobis constare possit causam aliquam *extrasubiectivam* existere adhaesionum spontaneorum (op. c. n. 35).

(74) MERCIER, op. c. pp. 110, 238, 51.

valor obiectivus primorum principiorum, et notionis entis ex qua talia principia eformantur. Ergo vel quaestio est de iustificandis istis notionibus fundamentalibus et primis principiis, vel statuitur, ut de facto accidit, *dogmaticus*, acceptando istas notiones primitivas et fundamentales ex sensu communi seu ex evidentia, tamquam absolute et speculative veras; et actum est de critica sine "suppositionibus" (75).

Opportuna ad rem nostram sunt quae de hoc processu dicebat P. Geny: "processus C. Mercier nobis apparet vix differre ab eo quem adhibet Tongiorgi" (76); immo nos addere audemus, nec ab istis differre quoad substantiam quoscumque alios processus qui apud neoscholasticos ad solvendum problema circumferentur tamquam diversi. In hac quaestione, sicut in multis aliis solet evenire, eadem prorsus res dicitur a multis, quamvis aliqui, nova excogitare sibi videantur, cum vetera et millies dicta, iterum iterumque repetant verbis fortasse obscurioribus. Consulte dixi verbis *obscurioribus*; etenim etiam inter scholasticos aliqui sunt qui optimo desiderio atque magna spe reducendi ad veram viam kantianos omnesque philosophos modernos, faciles nimis forte se praebent in acceptanda eorum terminologia; quae cum sit expressio conceptionis oppositae per diametrum conceptioni philosophicae aristotelicae-scholasticae, nebulosa admodum, omnisque rationis destructiva et ad gignendam obscuritatem valde apta sit oportet.

"*La crítica de la razón pura*" es la ruina de toda razón, ait Balmes; ésta se examina a sí propia para suicidarse... Dificilmente se puede encontrar doctrina más dañosa. ¿Qué le resta al espíritu humano si se le quitan los medios para salir de la esfera de lo sensible? ¿A qué se reduce nuestro entendimiento si sus ideas más fundamentales y sus principios elevados no tienen ningún valor para enseñarle algo sobre la naturaleza de las cosas? (77). Quapropter nec approbare possumus prurimum quemdam analogias continuo inveniendi Kant inter et S. Thomam cum spe tam oppositas doctrinas reconciliandi (78).

Maneat igitur in omnium animo alte defixum problema criticum funda-

(75) Cfr. P. PICARD, op. c. pp. 17-20 et GENY, *Critica*, n. 230 (1927). Optime Balmes agit de notione entis primitiva et vere fundamentali (op. c. vol. XVIII, l. 5, pp. 179-180). Praeterea notare oportet quod si attendimus ad sensum hypotheticum iudiciorum ordinis idealis, ut diligenter Balmes animadvertit (ibid. pp. 203 et seqq.) non est cur distinguamus inter iudicia ordinis idealis et realis in ordine ad eorum iustificationem criteriologicam.

(76) Op. c. p. 87 nota.

(77) Op. c. vol. XVIII, lib. 4, nn. 104, 67.

(78) Quae Pius X hac de re statuerit: revocare in memoriam opportunum censemus. Postquam dixit modernistarum scripta: "non minus nocitura quam quae contra mores; immo etiam magis, quod christianae vitae injuria vitiant", adiunxit: "Non secus iudicandum de quorundam catholicorum scripticibus, hominum ceteroqui non malae mentis, sed qui theologiae disciplinae expertes ac recentiori philosophia imbuti, hanc cum fide componere nituntur et ad fidei utilitates transferri. Haec, quia nullo metu versantur ob auctorum nomen bonamque existimationem, plus periculi afferunt ut sensim ad modernismum quis vergat". (Ex M. P. *Sacrorum antistitum*, III, 1 Sept. 1910.)

mentale nullius esse momenti pro illis qui voci sensus communis, quae vox est naturae humanae surdi non sint (79). Unum problema restat magna ex parte psychologicum, videlicet: quem gradum obiectivitatis nonnullis cognitionibus assignare debeamus et quanam sint principia scientiae legesque evolutionis spiritus humani (80).

Quamquam etiam in hac re, ne a recta via deflectamus sensus communis faciem praeferre debet, cuius etiam vox est activitatem spiritus in cognitione minime deformare obiecta sua, seu non offerre nobis ut obiecta (proiecta coram nobis ad extra), productum aliquid subiectivum. Etenim hoc nullo pacto timendum est ex tendentia naturali obiectivationis spiritus nostri; quia, ut optime aiebat clarissimus assistens conventui thomistico anno 1925 Romae habito, "principium est summi momenti in philosophia scholastico-aristotelica, quod utiliter adhiberi posse videtur in explicatione quaestionis criticae; scilicet: *motum naturalem non ducere ad malum*" (81). Agedum malum esset intellectus si quod mere subiectivum est sponte obiectivaret ac proinde natura sua erraret. Cautionibus igitur, quas ipsa natura rationalis indicat, convenienter adhibitis, v. g. quod multae sensationes non praebent fundamentum mensurae nisi *moraliter, non vero mathematice*, nullatenus timendum nobis est syntheses iudiciales merum productum esse nostrae activitatis mentalis (82).

Hac ratione *el examen de los cimientos de la certeza servirá para conocer más a fondo el espíritu humano* (83).

Finem huic labori imponere placet verbis quibus etiam ipse Balmes quaestionem criticam fundamentalem absolvit: *el Criador que ha sacado de la nada a los seres los ha provisto de lo necesario para ejercer sus funciones según el lugar que ocupan en el universo; y una de las primeras necesidades del ser inteligente era la certeza de algunas verdades. ¿Qué puede proponerse en este particular la filosofía, producir certeza?... si algo hubiera podido producir la filosofía en esta parte, habría sido escepticismo, pues que la variedad y oposición de los sistemas eran más propias para engendrar dudas que para disiparlas. Afortunadamente la naturaleza se resiste al escepticismo de una manera insuperable; y los sueños del gabinete de los sabios no trascienden a los usos de la vida del común de los hombres, ni aún de los mismos que los*

(79) "Si se le examina a fondo se echará de ver que se le ha dado más importancia de la que merece" (op. c. vol. XVII, l. 2, n. 20).

(80) "Lo que se debe buscar en esta clase de cuestiones es un conocimiento profundo de los principios de la ciencia y de las leyes que presiden el desarrollo de nuestro espíritu... entonces se puede examinar cómo adquirimos la certeza y en qué se funda" (op. c. vol. XVI, nn. 339, 13, 337).

(81) J. DALMAU, S. I. *Acta primi Congressus thomistici internationalis*, pp. 211-212 (Romae, 1925). Quod tam opportune tamquam principium solutionis problematis critici propositum fuit, ut auctor lucubratione aliqua explanare velit vehementer cupimus.

(82) P. NADAL, op. c.

(83) Op. c. vol. XVI, n. 35.

(84) Ibid. nn. 31, 33-35, 37.

padecen o los fingen. Esta demostración de la vanidad de los sistemas filosóficos en lo tocante a los fundamentos de la certeza, lejos de conducir al escepticismo, lleva a un punto directamente opuesto; porque haciéndonos apreciar en su justo valor la vanidad de las cavilaciones humanas, y comparando su impotencia con la fuerza irresistible de la naturaleza, nos aparta del necio orgullo de sobreponernos a las leyes dictadas por el Criador a nuestra inteligencia, nos hace entrar en el cauce por donde corre la humanidad en el torrente de los siglos y nos inclina a aceptar con una filosofía juiciosa, lo mismo que de todos modos nos fuerzan a aceptar las leyes de nuestra naturaleza (84).

M. FLORÍ, S. J.

In Collegio Maximo Sarrianensi (Barcinone), Nov. 1928.